



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Divi Bambergenses S. Henricvs Imperator S. Kvnegvndis
Imperatrix S. Otho Episcopvs**

Gretser, Jacob

Ingolstadii, 1611

XLIII. De legatione Babebergensium ad S. Ottonem ad reditum
cohortantium.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41527

*De Iulinenſibus, qui poſt reditum ad ſuos
ciues baptizati ſunt.*

CAPVT XLII.

Ebbe.

*Baptizantur
Iulinenſes, qui
domo abſue-
rant, preſente
S. Othone.*



Lurimi aut Iulinenſium pro negotiatione ſua trans mare abierant: qui, audita ciuium ſuorum conuerſione, ſpiritu Dei praeueniente, amulatores eorum facti ſunt; & ad Metropolim ſuam reuerſi, Regi regum Chriſto colla ſubmittunt, ſtatimque a presbyteris, quos pius Otto illic conſtituerat, baptizati, ciuibus ſuis dudum Chriſtianis legibus incitatis, pari deuotione adunantur, & mirum in modum, fideliffimo praecone veritatis in opere Dei laborante, Eccleſia per totam illam regionem creſcebat & confortabatur, Dominusque augebat quotidie, qui ſaluam faceret in idipſum.

*Duas Eccleſias
Iulina adificat.*

*Alteram, ex-
tra urbem in
honorem S. Pe-
tri.*

Apoſtolus itaque Pomeranorum duas illic Eccleſias conſtituit, vna in ciuitate Iulin, ſub honore S. Adalberti & Venceslai, qui magnae apud Barbaros opinionis erant, in loco, vbi profani daemorum ritus agi ſolebant; vt, vbi ſpurca pridem commercia, Chriſti deinceps frequentarentur myſteria. Alteram extra ciuitatem in campo mirae latitudinis & amenitatis, in veneratione beatiffimi Apoſtolorum Principis adificauit, illicque ſedem Episcopalem ſtatuit.

*De legatione Babebergenſium ad S. Ottonem
ad reditum exhortantium.*

CAPVT XLIII.

Ebbe.



Ed pio doctore pro continuis animarum ſucriſ moram illic faciente, deuota gregis ſui multitudine, non ſolum in Babebergenſi loco, ſed & in pluribus coenobiis & parochiis collecta; incredibili ſolicitudine & moerore, pro longiturna tanti paſtoris abſentia, ange-

angebatur: & vt reportaret illum, modis omnibus instat. Unde crebra ad illum missa legatione, preces precibus, vota votis congeminant; sed & literis filialem attestantibus amorem pro reditu eius satagere non desinunt: quarum hinc vnam inferere dignum videtur, tam pro sui dulcedine, quam etiam pro auctoris eius, piæ memoriæ, VVigandi Abbatis perpetua recordatione; quæ in hunc se modum habent.

Quantis precibus Bamberg. reditum S. Othonis efflagitarius.

Domino & Patri charissimo, pio Ottoni Episcopo ac gentis Pomeranicæ Apostolo, VVigandus Tarisiensis Cænobij prouisor indignus, deuotum in omnibus seruitium & orationum spirituale debitum.

Epistola VVigandi Abbatis ad S. Othonem.

Benedictus DEVS pater misericordiarum, pater luminum, qui ex utero formans vos seruum sibi dedit in lucem gentium, ut salus eius in extremis terra per vos annuntiaretur; ac lumine fidei tenebrosa gentilium corda irradiarentur. Vnde sancta mater Ecclesia nouo filiorum augmento dignè letatur, dum per ministerium vestrum multa millia barbara nationis sacro baptis- mate renascuntur, & abiecta idolorum cultura, destructis delubris, readificatis Ecclesiis, verus DEVS aduocatur & colitur.

Hierem. 1.

Ergò post Euangelium alienis annunciatum, post tanti ministerij opus consummatum, iam ad proprias oues reuertenti pastori grex omnis letabundus occurrit, clerus cum populo, ac singulari gaudio monachorum processio, patrem suum suscipit concinens in iubilo cordis & voce exultationis: reuertere reuertere Sunamitis reuertere reuertere vt intueamur te.

Gene. 6.

Ego

Vigandus & f-
que in Saxonia
S. Othonis ob-
itiam erat.

Ego autem horum omnium minimus, sed fidei & dilectio-
nis integritati nulli secundus, circa festum S. Mauritij, in Sa-
xoniam veni, sperans optatissimum aduentum Domini mei,
ut primus suscipere, quem nouissimus deduxi. sed redeun-
te nuncio vestro, spe expectationis mee frustratus, multum
autem de certo reditu vestro letificatus, quod corporali praesentia non potui, in spiritu humilitatis Dominum meum pri-
mus salutare studui dicens non sono tantum oris, sed flagrantissimo etiam iubilo cordis.

Salve magne pater, dic litera, dic reuerenter,

Dic rogo versificè, in clyte Præsul aue.

Exspectate redi populi spes, optio cleri,

Digne dator legis, certa medela gregis.

Nolumus ergò vos ignorare, Pater sanctissime; quia, ex quo
recessistis, semper imminabat nobis dies angustia & tribula-
tionis. Tyrannus enim ille Conradus toto pænè anno in Ca-

Vide Frisberg.
in Chron. Anno
1126.

stello Nurnbergensi moratus, bona Episcopatus sibi vicina de-
vastavit, de redditibus vestris frumentum ex parte abstulit,

census sibi persolui statuit; Villicum de Rustal bis captiuatum
omnibus rebus suis despoliauit; insuper urbem Babenberg cal-

Damna Eccle-
sia Bambergensi
illata.

lida machinatione, ut fertur, apprehendere studuit; Sed,

DEO gratias, iniquitas eius nequaquam prauauit. Ego enim

& Conradus Custos, de dispensatione nobis credita solliciti,

ciuitati praesidia & custodes cum ceteris fidelibus vestris de-

putauimus, militibus, prout opus erat, stipendia erogauimus,

reliqua omnia, qua commisistis, diligenter procurauimus.

† Bosenstein.

Inter Hermannum & Fridericum maxima guerra ha-

betur; insidiae diuerse alterius fecus tenduntur, rapina rapinæ,
 incendia incēdiis redduntur: inter qua, villa subiacens † La-
 pidi Botonis eum Ecclesia combusta est. Fridericus quadam
 nocte munitionem Niestein cum militibus suis clam in gressu,
 viriliter agere cepit: sed qui in arce erant, missis iaculis, &
 iactis

iaculis lapidibus vnum de suis occiderunt, plures vulnerauerunt: sicq̄ infecto negotio, vix cum suis omnibus euasit. Præterea per totam prouinciam multa mala grassantur, rapinæ, incendia omnia vastantur.

Ergo tot malis, tot miseris finem facere sperantes, aduentum vestrum clamamus singuli, clamamus omnes; Veni Domine, veni, festina, ne tardaueris, adueni desiderabilis, quem expectabamus in tot tribulationum tenebris.

Reliquis rerum vestrarum status in Bavaria & Saxonia satis prosperè agitur. De negotio autem mihi specialiter iniuncto, paternitatem vestram scire volo: quia cuprum ad septingentos, & eo amplius centenarios comparauimus; ex quibus trecentos maxima difficultate vsque Smalchalten perduximus, & iam viribus exhausti, manum auxiliij vestri ardenti desiderio prestolamur, ac exoptatissimum omni regno sanctitatis vestra reditum vix expectamus.

De Wignando Tarisensis Cœnobij
Abbate.

CAPVT XLIV.

Hic est Wignandus Prædicator suauissimus, quem Eppo. pius Otto quasi auricularium sibi fidelissimum eligens, in tanto amore & reuerentia habebat, vt Digresse de Wignando Abbate; quis & cuius fuerit. omnium secretorum suorum, participem eum faceret, & custodia ciuitatis specialiter sibi delegata, etiam egregium opus, quod tunc inchoauerat, scilicet & domum S. Petri maioris Ecclesiæ, cum turribus ad arcenda ignium pericula cupreis operire laminis, eius potissimum magisterio committeret. Nec immeritò. Erat enim vir totius prudentiæ & sagacitatis: gloria ordinis nostri, non solum spirituali gratia præstantissimus, sed & corporis venustate, & morum habitus.

Dotis animi
& corporis.